

censeantur nominibus, absque beneplacito archiepiscoporum statutos vel statuendos, ordinatos vel ordinandos, quando et quociens ipsis expedire visum fuerit, deponere valeat (!) et cassare. Volumus insuper ordinacionem ac disposicionem civitatum, opidorum et bonorum omnium predicti archiepiscopi et sue ecclesie tam in personis quam in rebus apud ipsum archiepiscopum suosque successores inviolabiliter permanere¹.

*K 56 XV: Item eidem ... valeant ... disposicionem civitatis opidorum ... permanere.

K 76 XV: Item eidem ... nominibus * statutos ... disposicionem civitatum opidorum ... permanere.

XXIV. Pfahlbürgerverbot und ähnliche Beschränkungen betr.

K 46 XXIV: (1) Item volumus et firmiter inhebemus², ne qui homines ecclesie Treverensis aut subditorum ipsius in cives seu opidanos, qui vlgariter Palburgere vel Muntlude nuncupantur, aut quis terre ipsorum dampnosus vel ab ipsis eorumve iudicibus dampnatus, excommunicatus aut proscriptus scienter in nostris civitatibus vel opidis aut aliis [locis] quibuscumque admittantur, volentes, ut recepti taliter illico expellantur; nos enim admissionem seu recepcionem huiusmodi exnunc non valere decernimus ipso facto.

(2) Item similiter inhibemus, ne homines seu subdicti archiepiscopi suorumque successorum utriusque sexus, quocumque genere servitutis vel condicionis ipsis astricti, vel pueri eorum in nostris seu ipsorum aut quorumlibet aliorum civitatibus sive opidis absque pretactorum archiepiscoporum licencia expressa recipiantur vel quomodolibet admittantur, sed si quos taliter recipi contigerit vel admitti, huiusmodi recepcionem et admissionem cassamus et irritamus seu potius cassas et irritas nunciamus, volentes, ut taliter receptos vel admissos infra annum ipsi archiepiscopi in statum pristinum sine cuiusquam contradictione valeant revocare.

1) Vgl. hierzu die Urkunde Karls IV. von 1346 Nov. 26 (B.-Huber 276, II: Winkelmann II, 415 Z. 24—38), womit § 4 der Urkunde von 1346 Nov. 25 (B.-Huber 264) in etwas gekürzter Form übereinstimmt. — Vgl. auch Friedrichs II. 'Edictum contra communia civium et societates artificum' von 1231 Dez. und 1232 Mai (MG., Const. II, 191, n. 156), bestätigt und transsumiert durch Rudolf I. 1275 März 12 (ib. III, 69, n. 81). 2) So!